



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1614

In festo S. Martini. De virtutibus Episcopo necessariis. De eximijs S. Martini
dotibus, eiusq[ue] laudes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)

lim prudentia, ac sanctitate hanc dicecesim
 xisti, huius obsecro, tui gregis memor esto, ad
 uiculas tuas benignissimos oculos conuerte,
 tercede pro eo, qui nostris diebus locum tuum
 occupat, qui insulam quæ tuum aliquando
 exornauit, capite gestat, & pedum manibus
 tuum aliquando fuit, qui idem, quo tu olim
 uatus fuisti onere, humeris impositum habet.
 quoniam multum te apud Dominum posse
 magni preces tuas apud eum ponderis esse
 didimus, nostris hodie precibus aurem accom
 da, pro nobis omnibus intercete, nostras quoque
 Deo orationes repræsenta, ac pro nobis apud
 tissimum obtine, vt postquam fidele hic ei ob
 quum præstiterimus, teq; qui ei carus es, deb
 honore profecuti fuerimus; ex hac vita in
 nam ingredi mereamur, ad quam nos con
 Pater, & Filius ac Spiritus sanctus, Amen.

IN FESTO S. MARTINI EP
 SCOPI ET CONFESSORIS.

*O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte
 cendum; qui nec mori timuit, nec viuere
 uit!*

FIGVRA.

Gen. 12.

A Braham Patriarcha statim vt à Deo vocatus
 fuit, patriam suam, cognationem, ac domum
 paternam deseruit, & in regionem alienam pro
 fugus secessit, in qua varijs laboribus afflictus,
 grauissimas ærumnas perpeffus est. Cum oculis
 in Sanctum Martinum eiusq; vitam conijcio
 le quid videre mihi videor. Contemplor enim
 eum, instar Abrahæ, ad Dei inspirationem, e castro
 sese proripientem vitam militarem amicos, de
 mum

num paternam & consanguineos deferentem, & in aliam mundi regionem, in vastam scilicet solitudinem secedentem, in qua varijs exercetur molestijs, innumeros subit labores, ac miseriarum illiadem experitur. Magnus Patriarcha fuit Abraham, ac multarum gentium pater; Martinus vero magnus Episcopus, ac multorum Religiosorum auctor & parens. Porro similitudinibus hisce inherens, eius hodie vitam, virtutes, res gestas, merita & quidquid de eo refertur, mox dicendo prosequar; si paraclito Spiritui visum fuerit fauere conceptis, & gloriosissimæ Virgini auxilio suo succurrere. Atq; ideo omnes eam Angelica salutatio-
ne compellemus. *Aue Maria.*

Ingenij ac doctrinæ princeps Plato tum de- Platonis
mum beatas fore resp. dicebat, si aut Philosophi sententia,
eas regerent, aut qui ijsdem præessent Philoso-
phia incumbere. Quod summus ille Philoso-
phus de rebus publicis ac ciuitatibus, hoc ipse
multo scitius de Ecclesijs queam dicere: eas tum
demum felices, ac beatas dicendas, cum à doctis,
& probis Pastoribus, virisq; Philosophicis guber-
nantur.

Philippus Macedonum Rex audito, filium sibi
natum, magnum se à dijs immortalibus benefi-
cium adeptum censebat; at vero multo maius,
quod eo potissimum tempore natus fuit, quo A-
ristot. scientia & doctrina magnus Athenis viue-
bat, cui filium in disciplinam suo tempore trade-
ret. Multo maiorem gaudendi & exultandi occa-
sionem Ecclesias & dioceses habere existimo, quã-
do summus ille rerum arbiter Deus de viris san-
ctitate illustrib. & scientia claris, ijsdem prouidet.

Theopompo Regi quidam non esse mirum di-
cebat, Lacedæmoniorum temp. longo tempore &
rerum.

Plutarch.
in Luculo.

rerum gestarum gloria florere, & non ut carere
peffum ire; cum scilicet, qui eam gubernarent in
munere optime fungerentur, & suas quisque res
tes quam diligentissime implere satageret. Ita
de rebus publicis Christianorum, Ecclesijs in
& dioccesibus, quid vetat dicere? non esse scilicet
rum, si eadem dulcissime floreant, cum fideles
beant pastores, qui eam regere & debite admi-
strare norint; aut si deficiant, ac consensum
cum inepti & incapaces ad earum gubernacula
deant.

Jud. 16.

Domus in qua Philisthæi epulabantur statim
terram corruit cum Samson eorū aduersariis
iusdem columnas adinuicē collideret. statim
Ecclesiasticum ad terram prosterni necesse est
peffum ire, statim ut Præsules, qui eiusdem fun-
tunt & bases, deficiunt, cumq; eos Satan, iustus
mortaliū inimicus, etiā vel minimum commo-
& labefactat. Hinc quamdiu iustus Loth in Sodomis
habitabat, quinq; circumiacentium ciuitatum
onus, veluti quidā Atlas, humeris sustentans, ante
quam eadem excidi & destrui potuerunt: sed
statim ut eū Angeli vna eū vxore & filiabus exire
gerunt, ecce, sublatis iam basibus & fulcris, quæ
ille florentissimæ ciuitates, vltices diuinæ iustitiæ
dexteræ expertæ sunt. Adhæc, ingēs illa statua
Buchodonosor, quoniam luteos pedes habebat,
proinde fragilis erat, ad primū lapilli attactum
frusta comminuta est, & in cineres redacta. Cop-
tandū est Auditores idem profus accidere Ebra-
sij. Nā si Pastores, qui earū fundamenta sunt do-
ses, quorumq; humeris totum earundē onus
cumbit, firmiter non consistant, si vacillent, si
pisc. munere indigni sint, ac dignitatis tam am-
penitus incapaces, omnia pessum eant & con-
dant necesse est.

Gen. 19.

Dan. 2.

mis
& a
clef
rū,
atq
tet
tur
mo
Ess
nō
ex f
nis
infl
vt,
mi
rur

Et sane Episcopi & Prælati Ecclesiæ fulcra sunt & columnæ, ac sæpius in sacris litteris columnis comparantur, at non columnis ligneis, terreis, plumbeis, aut fragili quadam materia constantibus, sed ferreis & æreis; quibus dum dicecesium fornices & vniuersus toties puinciæ status inimitur, penitus inexpugnabilis & immobilis efficitur. Hoc de Hieremia Propheta testimonium dedit De⁹, cum eum veluti Pastorem populo suo destinaret, *Episc. columnis ferreis comparantur.*
Jerem. I.
Ecc. dedit te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram. E quibus Domini verbis elicitur, eos qui à Deo ad Ecclesiarum gubernacula & præfecturas dicecesium vocati sunt, aut hominum suffragio electi, firmos, constantes, robustos, in virtute fundatos, atq; inflexibilis esse oportere. Audite in hanc rem figuras.

Lectulū Salomonis sexaginta fortes ex fortissimis Israel circūuallabant, omnes tenētes gladios, & ad bella doctissimi. Lectulus hic verissima Ecclesiæ imago est, ac duces hi, Præsulū & Episcoporum, cælitus ad Ecclesiam defendendā constitutorū: atq; eos è toto Christianorū exercitu seligi oportet, omni nimirum virtutum ac meritorū armatura instructissimos, doctissimos æque ac fortissimos, atq; ex toto Ecclesiæ corpore perfectissimos. *Cant. 3.*
 Esse debent veri quidam Cæsares, veri Hercules, nō vero ignaui ones, aut inertes quā Therfitē. Dixi, ex fortioribus Israel, q̄ Prælatos omni fortitudinis genere, panoplia, & gigantæa quadā firmitate instructos esse oporteat; quoniam interdū accidit, vt, q̄ vna virtute destituti sunt, officio suo defint.

Strenuus ille Eleazarus viribus suis ac robori militari nimiū confusus, cū stricto gladio inimicorum agmen perumperet, & subtus Elephantum

undiquaque armatum, ac turrata cum minibus propugnacula tergo gestantem confpicere confusus eius se molem facile sustinere posse, eadem ad terrā concidente, oppressus interijt. At

Episc. fortes meritis esse debent.

dere id solet ijs qui solícite admodum Episcopatus ambiunt, eosq; humeris se suis sustinere possibitantur. Si n. humeri nutent & vacillent, turrata eorū exigua sunt ac debilia, sub mole opprēpirent necessum est. Quamobrem quicumque Episcopum agere volunt, meritorū lacertis & virtutum robore instructi sint oportet. Cum in Genesios limine Cherubim flammanti romphæa armatū, ante Paradisi ianuā constitutū intueor, verum Episc. imaginē videre videor. nā vt ille Ecclesie suā quæ Paradisus quidā est, debito modo debeat ac tueatur, Cherubim quidā sciētia esse debet ac militis in morē, gladio ancipiti & flammanti verbi Dei rhōphæa, (quod toties in sacris litteris appellatur nomine, quod trans animas firmis corpora feratur) armari. Vnde Dauid, de Apollolis locutus ait: *Gladij ancipites in manibus eorum.*

Gen. 2.

Potens ille Hebræorum Rex Salomon cū superbum thronū extruxisset, duodecim eum leonibus, ceruis, aut damis, alijsq; animalibus circumdis, inniti voluit: *Et duodecim Leonculi stant super sex gradus, hinc atq; inde, non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Cū magnificum hoc opus intus & foris perspicio, per hoc ipsum designatos excelsos, qui ad onera Ecclesie, quæ vere thronus eius, qui plusquam Salomon, teste Euangelio, firmi eunda & sustinenda electi sunt; non debere esse ceruas, aut instar damarum fugaces & timidos, sed ad instar leonum validos & magnanimos & singularis heroicæ cuiusdam constantiæ, atque inter homines, vt Leo inter animalia, virtutibus ac de

Psal. 149.

lis locutus ait: *Gladij ancipites in manibus eorum.*

3. Reg. 10.

Potens ille Hebræorum Rex Salomon cū superbum thronū extruxisset, duodecim eum leonibus, ceruis, aut damis, alijsq; animalibus circumdis, inniti voluit: *Et duodecim Leonculi stant super sex gradus, hinc atq; inde, non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Cū magnificum hoc opus intus & foris perspicio, per hoc ipsum designatos excelsos, qui ad onera Ecclesie, quæ vere thronus eius, qui plusquam Salomon, teste Euangelio, firmi eunda & sustinenda electi sunt; non debere esse ceruas, aut instar damarum fugaces & timidos, sed ad instar leonum validos & magnanimos & singularis heroicæ cuiusdam constantiæ, atque inter homines, vt Leo inter animalia, virtutibus ac de

Episc. leonibus colorati.

lis locutus ait: *Gladij ancipites in manibus eorum.* Potens ille Hebræorum Rex Salomon cū superbum thronū extruxisset, duodecim eum leonibus, ceruis, aut damis, alijsq; animalibus circumdis, inniti voluit: *Et duodecim Leonculi stant super sex gradus, hinc atq; inde, non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Cū magnificum hoc opus intus & foris perspicio, per hoc ipsum designatos excelsos, qui ad onera Ecclesie, quæ vere thronus eius, qui plusquam Salomon, teste Euangelio, firmi eunda & sustinenda electi sunt; non debere esse ceruas, aut instar damarum fugaces & timidos, sed ad instar leonum validos & magnanimos & singularis heroicæ cuiusdam constantiæ, atque inter homines, vt Leo inter animalia, virtutibus ac de

ac doctrina excellere. Hinc Atheniensium dux ^{Chabrias.}
Chabrias dicere solebat, se malle exercitum cer- ^{Dux.}
uorum duce leone, quam exercitum leonum duce
ceruo. Equidem vt terminis meis in hæream, dico,
diocesim vel parochiam, quæ brutis & ignorantibus
hominibus referta est, cuius ductor & ante-
signanus sit Leo, in salutis via securius & confiden-
tius procedere, quam eam cui præsit asinus aut
ceruus, id est, ineptus, bardus, pavidus, nulliusque
meriti aut qualitatis.

Hebræi de Babylonica captiuitate reuerfi, cum ^{2. Esd. 4.}
templum & muros ciuitatis Ierusalem reedifica-
rent, vna quidem manu trullam, altera vero gla-
dium tenebant, vt se contra hostium, qui opus im-
pedire conabantur, impetum & insultus tueren-
tur. Per fabros illos & architectos, Episcopos in-
telligo: qui vna manu gestare debent malleos ad
ædificationem Ecclesiæ, bona scilicet opera eden-
do; alia vero gladium, id est, litteras, doctrinam &
prædicationem, quo gregem suum defendant, lu-
pos arceant, & hæreses opprimant.

Cum mirabilia illa animalia, quæ Propheta ar- ^{Ezech. 1.}
dentia, & quatuor modis ignē euomentia, modo
vt scintillas, modo vt carbones ignis, modo instar
lampadū, modo instar fulguris coruscātis, descri-
bit accuratius circūquaq; perlustro, & omnium san-
ctorū Patrū expolitioēs confidero, omnib. ijs reli-
ctis etiā illa quæ per eadē animalia quatuor Euāg.
designari ait, credo per hæc ipsa ad viuum Præsu-
les & Episcopos designari. Scintillæ quippe eorum
indicant viuacitatē spiritus, quæ in illis singulari
quodam ratione eminere debent; carbones zelum
officij, lampades bonū exemplum, fulgur vero di-
ligentiam in Episcopali munere debite explendo:
quæ singula ad absolutum Episcopum efformandū
H 4 magnum

Onus &
dignitas
Episcopa-
lis expen-
ditur.

phantum magnum afferre momentum putamus
Quin vos o ambitiosi, qui ad sublimes has dignitates aspiratis, qui non nisi mitram & pedum fove-
niatis, hæc interdum in mentem reuocatis? cur non
interdum cogitatis, id esse in Ecclesia Episcopum
quod sol in mundo? nam quemadmodum lucet
illud astrum, ad totius vniuersi conseruationem
semper calet & splendet, suisque influxibus omnia
hæc inferiora fouet; ita & Præfulem, ad maiorem
Ecclesiæ vtilitatem, in operibus charitatis & ve-
ritutum exercitijs, feruentem æstuantemque esse
portet. deinde etiam doctrinâ resplendentem, &
totâ diœcesim sua agendi ratione sanctaq; conser-
uatione, velut influxibus quibusdam, fouentem.
Cur vobis ob oculos non ponitis, quemadmodum
firmamentum, quod supra omnes Planetas est, stellis
refertum est, quæ numquam defectum patiuntur
vero quæ subtus sunt, vnam tantum stellam ha-
bent; ita & Episcopum qui supra sæculares & cele-
rum constitutus est, virtutibus velut stellis refertum
esse debere: adeo ut, si sæcularis vel Sacerdos
aliquis aliquam interdum virtutem demonstret,
ipse plurimas in animo gestare debeat, ut, si
posset, eâ numero stellas superarent.

Sap. 18.
Exod. 28.

In veste summi apud Iudæos Pontificis totius
terrarum orbis, atque omnes omnino creaturæ
formatæ erant, adeo ut numquam, nisi vniuersum
orbem circumgestando, incederet. Quid figura-
bant hæc omnia, nisi in anima Episcopi, qui per
summum Sacerdotem designatur, omnes omnia
quæ reperiri possunt virtutes expressas esse debere
& hoc eum schemate & ornatu numquam incedere,
re, aut coram populo apparere debere, quin magis
dum quemdam virtutum atque adeo totius mundi
virtutes humeris gestet?

Sed iam satis superq; in hoc præludij æquore
 prouecti sumus: qui plura audire, ac verã veri pa-
 storis digni Præfulis, & episcopi penitus admira-
 bilis imaginem intueri desiderat, ille in sanctum
 Martinum, in prima ætate militem, mox mona-
 chum, ac deinde Episcopum, hodie oculos conij-
 ciat: Episcopum inquã in meditullio Galliæ huius
 constitutum, cuius nomen ab vno mundi cardine
 ad alterum vsq; peruasit, & cuius vitam virtutesq;
 totus terrarũ orbis obstupescit, semperq;, quam-
 diu hæc machina stabit, obstupescet, cuius deniq;
 laudes Ecclesia decantans ait admirabunda: *O vi-
 rum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendũ!*
 Quæ verba vt pro dignitate expendere possimus,
 huiusq; Episcopi merita digno præconio celebra-
 re, eum instar Prothei, aut chamæleontis cuiusdã,
 omnes sibi facies & colores adaptantis producam,
 primo vt militem, deinde vt Monachum, deniq;
 vt Episcopum, atq; ita pro varietate colorum in
 tres concionem partes distinguam.

Principio igitur, si profusam se diuina clementia
 erga aliquam vnquam creaturam demonstrauit,
 sane erga S. Martinum eam profusissimam fuisse
 dicendum est: etsi magnus ille Deus iuxta Psalmi- *Psal. 67.*
 stam mirabilis est; in Sanctis suis, confiteri oportet
 eum in Martino nostro mirabilem quoque quam
 maxime extitisse. Cum enim propius eum intue-
 or, toties colores & habitum mutantem, tamque
 varias induentem figuras, dicere mihi posse vide-
 or, quod olim poëta Metamorphosim suam au-
 spicaturus, occinuit.

*In noua fert animus mutatas dicere formas: modo
 namq; eum in castris Iuliani Imp. vt strenuũ mi-
 litem contēplor, modo in vastæ solitudinis cauer-
 nis, vt pium Monachum, deniq; in Ecclesia Christi*

vt Episcopum vigilantissimum. vere igitur non
quidam Trismegistus nuncupari potest.

Act. 9.

Cum nouas has metamorphoses & mutationes
varietatem in viro hoc perpendo, alterum mihi
Paulum delapsum cœlo videor intueri, aut saltem
magnam inter vtrumque similitudinem. Paulus
namq; vt sanguinarius quidam miles, spirans
narum & cædis in discipulos Domini feritate
co temporis momento deposita, & ad diuina
cis auditum armis exutis, ex truculento milite
ctissimus, & honoris ac nominis Christiani fir
tissimus Apostolus effectus est: Hic vero videtur
Martinum, Romanas sequentem aquilas, & gene
licijs imbutum erroribus, cœlesti inspiratione
secundando, galeam exuere, cingulum deponere
ac militari se sacramento liberando, ad Episco
lem dignitatem promoueri.

Ezech. i.

Ezechiel dum quatuor illa animalia portenta
describit, omnes in admirationem rapit, quæ
gula faciem hominis, bouis, aquilæ & leonis habebant:
*similitudo autem vultus eorum: facies hominis
facies leonis à dextris ipsorum quatuor facies autem bouis
à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum
quatuor, sed mirari desinant homines. videtur enim hic Martinum, qui vno in corpore omnes
facies & figuras repræsentet. In castris enim & in bello
leonis eum faciem habere videbimus, in aula Principis,
hominis morati, & aulicis imbutum erroribus, in deserto
bouis formam induisse, vbi non penitentiam prædicat:
aquilæ vero in Ecclesia, quo nullus in Ecclesia locus,
aut dignior est, aut eminentior enolauit. Aiunt naturalium rerum
dagatores Chamæleontem exiguum animalculum, quod non nisi
ex aëre viuit, omnes sibi colores ad-*

sciscere, de cuius rei veritate non vsq; adeo mihi constat. hoc saltem constat, Martinum nostrū in-
star Chamæleontis alicuius vixisse, qui nimirum
in primæua ætate colorem militis, deinde in virili
Monachi, ac postremo Episcopi assumpserit, adeo
ut Ianus quidā triceps, ac veluti monstrum quod-
dam hominis fuisse videatur.

Vt miles, parem vix habuit, verus quidā Martis
pullus erat in acie, Hercules quidam in cōflictu, &
Lucullus in expeditionibus. Nunquā eum hostis in
fugā cōpulit, aut pauor tergum vertere coëgit, nec
mortis instantis imago exanimavit: ob strenuita-
tē ac robur apud Principes carus erat, & magni a-
pud oēs nominis. Deinde q̄ maiorem adhuc laudē
meretur, accedebat ad generositatē illā animi, ma-
gnus semper ad bonū instinctus naturæ, & singula-
ris ad timorem Dei propensio, qua incitatus ani-
mam virtutibus exornare quā maxime satagebat.

Sed prima, q̄ sub lorica eius virtutū intueor, ipsa S. Martini
est virtutū omniū regina ac princeps, caritas, & im- caritas.
mēsa q̄dam in pauperes benignitas, cum n. sub si-
gnis gregari⁹ adhuc miles ageret, & medic⁹ q̄dam
nud⁹ & vdis eleemosynā ab eo postulareret, & aurū
aut argētū ei ad manū nō esset, nec aliū de suppete-
ret, ad ei succurrēdū, arreptā ex humeris chlamydē
dissecuit mediā, sibiq; partē seruādo, alterā medico
magna liberalitate donavit. Quis audiuit vnq; si-
mile quid à quoq; factum? O charitatē incōparabi-
len! o liberalitatē vere prodigā. aut potius prodi-
giosam! Vos vero quibus castra & castrenses exosi,
vulgarum illud poëtæ amplius dicere nolite, *Nulla
salus pietasq; viris qui castra sequuntur.* contrarium e-
nim reipla Martinus hic ostendit, quippe qui ca-
stra adhuc sequens, amplū fidei suæ, pietatis, beni-
gnitatis, aliarumq; virtutum testimonium dedit.

Iphicra-

Plut. in
Galba.

Iphicrates Atheniensium dux cum olim in plurimorum conuentu de requisitis in absoluto merito differeret, dicebat eum qui commilitonibus præstare vellet, & auarum esse debere, & genio indulgentem. Sed iniquum hoc me iudice iudicium est, ac potius barbarum, nec tanto dignum dicitur virtutem nimirum in vitiorum medio consistere. Martinus enim, qui & inter strenuos milites præterit annumerari, iniquam hanc Iphicratis sententiam mendacij coarguens, penitus contrarium præstitit. utpote qui voluptatum loco ingentibus bra sua macerat inedia, ac tantum abest, ut auarum audiat, ut omnia sua in pauperes, etiam velle liberalissime profundat. Vnde tantum tamen ab eoq; celebre sibi nomen adeptus est, ut omnium militum summus ac princeps iure, meritoque præsertim propter infinitam illam caritatem, quam omnes in admirationem rapit, haberi queat.

Exod. 3.

Hebræorum ductor Moses, cum in medio deserti rubum ardentem, ac penitus inflammatum videret, non parum obstupescens, ac perculsus magnam visionem appellauit: *Vadam & videbo visionem tuam magnam.* Sed maior meâ quidem sententiâ visio longe mirabilius spectaculum in Martino spectandum proponitur, cum nimirum in medio gentilitatis deserto, in ipsis inquam infidelium & ethnicorum castris, nouum quendam rubum, lorica vestimentis obsitum, atq; ære minacem, charitate exstuantem, & plenum igne flammâq; contemplantur. quo viso quis non merito obstupescat? Equum porro ignis, ecquod incedium? quam iucunda visio est, videre militem ense paludamentum discrucantem, ut nuda & algentia pauperis membra cõtegat? Quis vnquam ab hominum memoria simile quid, aut vidit, aut factum audiuit?

Tanto

Tanto affectu Dauidem Ieffæum colebat Iona-^{1.Reg.18.}
 thas Princeps Israel, vt vestibus sese suis aliquando
 exuerit, quo Dauid easdem indueret. ne quis autē
 me errare existimet, contextus verba producam.
*Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim
 eum quasi animam suam. Nam expoliauit se Ionathas
 tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua
 vestimenta sua vsq; ad gladium & arcum suum. fuit
 hoc reuera magnum magnæ generositatis, atque
 euidentis singularis amicitiaē testimoniū. sed ip-
 sum Martini nostri factum maiorem adhuc lau-
 dem meretur. non enim princeps existit aut opu-
 lentus, ita vt ei abundē suppeteret, quo pauperes
 sustentaret, sed legionarius miles suo victitans sti-
 pendio: nihilominus tamen tam ingentem chari-
 tatem demonstrat, vt proprias vestes exuat, mediā
 sese hieme denudet, quo mēdico stipem postulanti
 succurreret. Merito itaq; cœlum & terra, homines
 simul & Angeli tantam benignitatem propensio-
 nemq; in pauperes obstupescant.*

Plinius aliq; naturæ mystæ velut prodigiosum ^{Plin. lib. i.}
 quid retulerunt, rupes reperiri, quæ nocte & inter- ^{cap. 106.}
 diu flammescant, quales esse ait montē Chimæra
 in Lycia, montēs Hephæstios, quorū tantus est ar-
 dor, nulla vt aqua superinfusa aut pluuia queāt re-
 stingui, q̄ & rupes quædā in p̄mōtorio Nymphæo
 esse traditur, q̄ adeo exæstuet, vt ipsam etiā pluuia
 exsiccet & accendat. Sed maius hic pdigium nar-
 rabo. Video namq; hoc loco nouam quandam pe-
 tram, æneum scilicet ac ferreū pectus, cor militis
 sed quod sanctæ caritatis igne adeo inflammescat,
 vt nulla valeat ratione exstingui, vt merito illud
 canticorum hic vsurpare possimus, *Aqua multæ non
 potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent
 illam.* O ignes, ô incendium, ô ardentēs caritatis
 fornax-

126 INFEST. S. MART. EPIS. ET CONTE
fornaces veste se spoliare, & eandem pauperi de-
giri!

4. Reg. 2.

Cum magnus Elias ingenio in aëra curru abba-
minū oculis sustolleretur, atq; Elifæus qui ipsū
nistrabat, subuecto acclamaret, ipse pietate & ab-
ctu paterno commotus, pallium ei suum relinquit
vt sui in seruum amoris testimonium daret, sicut
hoc non in Propheta solum, sed & in milite com-
mendatur, qui caritatis ardore succensus, mensis
precib. victus, ac misericordia commotus intra-
fecus, vt suum in eum amorem & affectum testari
faceret, media illum chlamyde donauit? An non
hoc in milite summam laudem meretur? an non
hoc figuratum optime cum figura coincidit?

Gen. 39.

Ioseph Patriarcha cum in domo Idololatæ Pe-
ripharis habitaret, & ad impurum se concubitu
dominæ importunitate sollicitari cerneret, a deo
eum veste apprehensum ad facinus, inuitum quo-
dammodo cogeret, ipse castitatis & amoris in ha-
rum præmio sibi proposito, relicto in manibus
ius pallio nudus profugit, & illibatum pudoris
florem conseruauit.

Simile quid in Martino intueor; cum enim in
aula Iuliani profani idololatæ adhuc commore-
retur, sub eiusq; signis militaret, & mundus eum
quotidie illicitis amoribus illaqueare satageret,
propriaq; eum caro, impudica & lasciuia illa pelle,
ad voluptates assidue perurgeret, vt nimirum ge-
nio indulgeret, abdomini seruiret, instar bruti ve-
ueret, libertati militari habenas laxaret, secumq;
delicias spectando adulterium committeret, sin-
gulis eum momentis pallio vanitatis apprehen-
dens: ipse heroica quadam fortitudine hoc idem
pallium deserit, pauperi tradit mundi que pellicis
lasciuia declinans, magno eiusdem ludibrio, & in-
figi-

signi vitæ emendatione nudus omnino profugit.

Simile.

Et quemadmodum, quando domus aliqua incendio correpta est, & ignis circumquaque grassando defæuit, omnia eiusdem supellectilia per fenestras eijciuntur foras, ac deinde per ostium fugitur. Ita quoque, Sacro caritatis igne, non quidem in aliqua domo, sed in corde Martini exæstuante, omnia ecce per fenestras eijciuntur, per oculos lacrymæ, per os suspiria, ex humeris vestes, ac deinde haud multo post per pœnitentiæ ianuam effugiendo, in tuto ipse se collocauit. O factum cœlestè, ac plane diuinum! ô præclarum conuersionis ad Deum exordium! ô mirabiles caritatis effectus!

Et quoniam de igne loqui cœpimus, an non certū est, igne aliquo subterraneo in occultis terræ visceribus exæstuante, insolitos & mirabiles quosdam motus, ac violentas concussiones ignis, omnia effringi, comminui, nec prius illum posse quiescere, quam liberum egressum reperiat. In milite nostro hoc ipsum video contingere; ardens enim & penitus diuinus caritatis ignis mirabili quadam ratione in eius anima cum exæstualet, quos, bone Deus, motus, quas concussiones causatur? proponit ei in primis ob oculos horrenda & occulta Dei iudicia, ac vitæ huius pericula: cogit eum chlamydē disseccare: nec prius quiescere poterit, quam liberum egressum, egressum inquam è mundo, egressum è vanitatibus, egressum è castris, egressum deniq; è seipso nanciscatur. An non mirabilis quidam terramotus est, & mira quadam ruptura, proprias vestes lacerare, easq; in pauperes distribuere?

Cum Deus in monte Sinai in figura ignis descenderet, tot⁹ circumquaq; mōs fumo & igne opplet⁹ erat,

Caritas
igni in ter-
ræ visceri-
bus lati-
tanti cō-
paratur.

erat, & calidos quosdam vapores non secus accensa quædam fornax exhalabat. Cum milites Martinum videbitis, idem vos videre existimatis, cum enim Deus in specie ignis, caritatis imago, super hunc mundanum, Martinum, ac bonitatis montem descenderet, omnia statim fumoplenentur, superfluitates euaporant, ambitiones eunt, mundi honor dissipatur, inanis gloria huius delicia, amor proprius, cogitationes diuitiarum appetitus, & rerum temporalium desiderium velut in fumum euanescent. Vide

Matth. 27. vt se exuat, quo pauperes induat, imitatur se

Mar. 15. cuius se postmodum discipulum profitebitur

Luc. 23. & 10. 19. quæ deinde vt magistrum sequetur. Christus

que prius q̄ crucem conscenderet, ad eius pedes vestimenta reliquit, ac nudus in crucem ascendit. Miles hic vestigijs se ducis conformare, eius sequi, & ad crucem Euangelij euolare gestiens, etiam vestes exuit, & chlamydem tradit mendicanti vt nudus ac, veluti generosus rerum temporalium

Gal. 6. contemptor, pœnitentiæ Caluariam conscenderet, in qua ipsi mundus, & ipse mundus ad imitationem Pauli crucifigeretur.

Gen. 22. Abraham Patriarcha montem conscendens ad Isaac immolandum, a finas, seruos, & quidquid cum asportauerat, ad montis radicem reliquit, & vna manu ignem, altera gladium gestando, montem conscendit. Modo animum velitis aduertere, omnino in pugile nostro videbitis recta namque

Psal. 50. pœnitentiæ montem properans, Deo seipsum immolans

Sala. 5. sacrificium, de quo loquitur Psalmographus, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: vel quod innuit apostolus dum ait, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, oblatam pompam vestimentorum & seruorum comitatu*

infer
etior
glad
dat
lem,
bis e
nec n
Se
brun
nam
infi
xta l
eum
nach
loco
nu v
fasci
ab il
nam
fulm
pala
ente
tem
illum
grat
bus
lem
ente
ran
cula
ope
hun
celu
N
& I
infer

inferne relinquit, castris se proripit, vt ad perfectionem, ignem charitatis sinistra, dextra vero gladium quo chlamydem dissecet gestando, ascendat. O strenuum bellatorem! ô generosum pugilem, ô vere nobilem militem! vel, vt Ecclesiæ verbis exclamen, *O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum.*

Sed quoniam iam ad alterum concionis membrum deuenimus, alio quoq; eum schemate in scenam producemus. Quem enim paulo ante equo infidentem, in medio castrorum, in ipsa acie, iuxta Imperatores, circumsecus armatum vidistis, eum ipsum obsecro videte iam in humilem monachum commutatum. Induit iam ecce cilicium loco lorice trilices, flagra & virgas loco gladij manu vibrat, cucullum loco galeæ, & scapulare loco fasciæ humeralis assumit. Heu quantum mutatus ab illo Hectore! ô militem exarmatum! Ecquæ nam illa subita metamorphosis! Videte nimirum fulmen illud belli, honestis genitum parentibus; palatio Principum destinatum, solitudines ambientem, antra incolentem, cum bestijs commorantem? an non admirabilis quædam rerum mutatio est illum, quem paulo ante inter milites, omnibus gratum, inter magnos duces magnum, Principibus carum conspeximus; Religiosum iam, humilem, à mundo penitus abstractum, honores fugientem, vili habitu amictum inedia corpus macerantem, pauperibus ministrantem, leprosos exoculantem, & innumera alia pietatis humilitatisq; opera exercentem cernere? ô pauper humilitas, ô humilis paupertas! ô mira mutatio dextræ Excelsi!

S. Martini ex milite factus est Monachus.

Non prius potuit Philisthæorum ille terror, 1. Reg. 17. & Israelitarum decus Dauid, Goliadam Israeli
De S. S. tom. 1. I insul-

insultantem expugnare, quam regis exuip
 tis, tunicam pastoritiam indueret, pedum
 rale & lapides torrentis assumeret; sed hac
 tura instructus facile eum prostravit, victor
 de eo consecutus est. Martinus quoque
 gentem illum Goliath, mundum intelligo,
 minibus quotidie insultat, armis bellicis,
 rea, vesteque splendida indutus, prostratus
 potuit; sed habitu humilitatis & veste religio
 sumpta, flagellis scilicet fundæ loco fungens
 & austeritatibus, lapidum, facili illum ne
 prostreretur, eiusque victoreuadet. Hinc
 est ut habitum mutarit, & quidquid ad huma
 nitatem & paupertatem spectaret, assumpserit
 vero ad fastum & insolentiam tenderent, quæ
 à se ut malorum inuitamenta reiecerit. Quis
 non vos quicumque sub hoc mundo super
 meretis generosum militis huius factum ad
 tem inuitabit! subita hæc & quidem in
 conuersio annon omnibus vobis lacrymas
 dante excutiet?

2. Reg. 15.

David Rex cum palatio & omnibus suis des
 eris, nudis pedibus nudatoque vertice, oculis
 crymas effundentibus in desertum secederet,
 nas & insolentiam Absalomi in patrem insu
 ptis declinaret; omnis eum nobilitas, atque
 ciuitatis multitudo, amaritudine cordis ta
 trinfecus, & Regis sui casu ingemiscens, sus
 & lacrymis inualescentibus, comitabatur.
 igitur adeo ferreus & immitis futurus est, qui
 so hodie validum illum bellatorem, legio
 castris, aula, principum amicitia, atque omni
 rum consuetudine derelicta, nudipedem & la
 mabundum in desertum ac solitudinem seced
 quo contumacis, at perfidi mundi furori sese
 tra

trahat; ad compatiendum excitetur, ac tam acerba & tristis rei intuitu totus in lachrymas non resoluatur!

Sed hem cum militem hunc iam non militem confidero, cum arma deposita, vexilla composita, & triste hoc mutationis schema intueor, facile perspicio mundum iam in eo deuictum ac triumphatum esse, & Christum longe lateq; in anima eius dominari. Quando enim Princeps aliquis aut miles magni nominis ad sepulchrum defertur, signa militaria per terram trahi, milites pulla indutos veste luctum præ se ferre cernimus; tympana atro circumamicta velamine lugubrem & querulum sonum edunt, funiculi extincti sunt, nobilitatis insignia tristi panno velantur, parietes atrati lugent, atq; omnia nescio quam luctus & tristitiæ imaginem induisse videntur. Ita quoq; cum militem hunc nostrum, aliud schema assumpsisse, luctum induisse, corporis eius tympanum lugubrem sonum edere, funiculos superbiæ extinctos, vanitatis insignia deposita, omnes inanitates ac superfluitates recisas, atq; omnia apud eum luctu & mœrore plena conspicio; certissime colligo, magnum illum tyrannum mundum inquam, exspirasse, hoc eius funus esse, omnia quæ illius sunt iam extincta, omnesq; vanitates eius terræ mandari.

Insignis
cōceptus.

Purpurati Ben-adad Regis Syriæ cum Regem *3. Reg. 20.* suum bello fractum & fustum viderent, saccos induti & laqueos collo gestantes ad Achab Regem Israel quem oppugnaverant, venere, veniam commissorum ac misericordiam postulantes. Simile quid in mutatione militis nostri intueor. videns enim mundi huius tyrannum prostratum, atque omnes vanitatis illius manipulos fuga

distractos, cilicio & sacco ecce indutus, cucullum
gestans & lacrymabundus ad Christum sese con-
uertit, quem in gentilitate & idololatria existens oppro-
bauerat, veniamque implorans, peccatorum suorum
remissionem, animam vitam ac salutem consequens.

Et sane cum repentinam illam mutationem
pendo, cum eum arma deponentem, militarium
ingenium exuentem, castris sese subducentem, ad
cipibus valedicentem cerno, ut mundi perniciem
declinando velut in securo portu res suas col-
lecter, alterum quemdam Biantem mihi ob-
positum existimo, nudum se ex vrbe incendio
eripientem, nihil praeter scientiae suae suppellectilem
secum ferentem, casumque suum aequo animo
suscipientem, ac dicentem, *Omnia mea mecum porto*
Gen. 19. *dere quoque videor secundum Loth e Sodomam*
Gen. 7. *egredientem, ut se incendio eripiat, & montes inter*
Deo petentem. Videre denique videor nouum
quendam Noachum, qui perpetuae damnationis
veritatem, ad euitandos fluctus & naufragia
in arcam poenitentiae se conijcit.

Erro, erro, Auditores, non est hoc gloriose
tine, non est hoc. ex habitu namque tuo, tuaque
di ratione aliud quid longe sublimius elicio. Cerno
enim te agros peragrantem conspicio, ligna
accidentem, in solitudine pijs operibus incumben-
tem, cum siluarum abdita ad verberum tuorum
sonitum audio resonantia ac poenitentiae tuae
Machab. 2. rem contemplor; nouum te Matathiam esse
tror, qui mala quibus Iudaei miserrime affligun-
tur, & abominationes quae Ierosolymis perage-
bantur, intuitus, aegerimeque ferens patriam
pessumdari, ac tantis calamitatibus ingemiscen-
tem in ciuitatem Modin se recepit, ad quam plures
tidie legis patriae amulatores confluebant. Videtur

quin etiam nouus Elias esse, qui vt rabiem, & trululentiam Iezabelis declinaret, vrbes deserit, in horridam quamdam solitudinem secedit, super duram membra extendit, ac pane subcineritio sese sustentat; in qua Angelorum consortio, & filiorum Prophetarum alloquio sæpenumero fuit recreatus. Deniq; mihi persuadeo secundum me Moysen cernere, qui plurimorum Religiosorum velut Israelitarum, agmen ducens, mundo, cuius figuram gerebat Rex ille Amorrhæorum, præclaram hanc legationem destinasti: *Obsecro vt transire nobis Num. 24. ut per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.*

Sed dic mihi Martine, quanam de causa è mundo secedis? quid? tantone te odio mundum prosequi? itane tibi exosum esse? Audire eminus videor vocem quamdam dicentem: Exiui mundo, quod nihil tui contineat, quod latrocinij & prædonibus infamis sit, quod sicarijs scateat, deniq; quod vniuersa varijs in eodem periculis exposita sint. Adam quippe in eo iustitiam originalem perdidit, Abel occisus est, vndis Pharao submersus, & alij innumeri misere perière, vt & ipsi Angeli vix tuti & immunes fuerint, ipse quin etiam redemptor noster Iesus eius se fallacijs expedire, aut eius insidijs vitam tutus traducere nequaquam potuerit. Sed hem. aliud quidpiam ex alia parte per solitudinis inuia & inaccessa audire mihi videor; vocem scilicet pœnitentis ore prolatam, quam hic, quantum ex sonitu paulum remotiore colligo, exprimere conabor.

Iã vale ò immunde munde, valete diuitiæ, valete deliciae, valeant inquam inanes, ac nimiũ fragiles voluptates. Iterum vale, ò munde infelix, per-

fide, fallax, vafer, fugax, mango, Iuda proditor
nequior atq; infinitis partibus deterior: qui nimis
mundanis per honores; ac voluptates
oscula præbendo, eosdem ad crucem damnationis
nemq; perpetuam trahis, ac dæmonibus tradis.

4. Reg. 5.

Proh quanta eius est infelicitas infelix munerum
qui te sequi desiderat! & quanta tua perfidia et
vafrities! Similem te dico Naamano Syro, lepra
cooperto; huius namq; munera cum Giezi Elisei
puer accepisset, toto statim corpore lepra tetenta
ma fuit infectus. Superbis quidem ac diuitias tuas
iactas, sed scates leprâ quin & omnes qui tibi
uiunt, deq; tuis muneribus participant, tuâ quoque
lepræ contagio coinquinantur.

Exod. 14.

Repræsentas mihi ô sacrilege mare illud rubrum
rubrum inquam sanguine, cædibus & insigni que-
dam crudelitate purpurissans. Submergis & deu-
ras eos, qui ad instar Ægyptiorum vada tua ce-
tare gestiunt. (illi namq; ab undis celerrime ab-
sorpti descenderunt in profundum sicut lapsi ve-
ros autem Israelitas, qui omnia sua in Ægypto re-
liquere, sicco pede & incolumes traducis, & in op-
tatum littus sospites sistis.

4. Reg. 2.

Munde scelestæ & pellax, crediderim haud dubie
te esse urbem illam Iericho, idolorum cultu infamem,
in limine terræ Chanaan sitam, de qua olim Hel-
zæo dictum est: *Ecce habitatio ciuitatis huius optima est
sicut tu ipse Domine perspicias: sed aque pessime sunt & terra
sterilis*: Cum enim instar ciuitatis alicuius ex-
structa sis, situs quidem tuus hominum oculis
ridet sed voluptatum tuarum aquæ pessime sunt
& cum à te discedendum est, sterilitatem quam-
dam & siccitatem solum tuum demonstrat.

Docebat olim Isocrates Atheniensem ciuitatem
perpuichrâ esse & ad ambulandû peraccommodatam

dam, ad incolendum vero difficilem ac magnopere periculofam. Idipsum de te ô munde quid impediatur dicere? amœnum quidem est ac iucundum in te deambulare, sed eheu quantum discriminis sibi accerfunt ij, quos diutius in te permanere ac stabilem in te sedem figere delectat! Vale igitur perfide, vale sceleste, vale, in æternum vale: iam te fugio, te desero, te derelinquo, te abominor, ac nihil in posterum quod tuum fit aut habere aut desiderare cupio.

Eheu Christiani cum lugubres hasce voces, ac tristē illam echo per vastam solitudinem resonantem audio, audire videor vocē Baræ Regis Sodomorum qua Patriarcham Abraham allocutus est: *Da mihi ammas, cetera tolle tibi.* quasi diceret, Sine *Gen. 24.* queso animam fidele Deo obsequium exhibere; ac res tuas tibi habe, diuitias, delicias, risus & iocos tibi tolle. Sine me inedia corpusculum hoc macerare, austeritatem induere. Sine me animæ saluti incumbere; & honores, dignitates, splendorem, fastus, tuasque inanias ac vanitates tibi serua.

Adhæc quando eum è mundo se proripientem contēplor, existimo nos tacita quadam ratione ad imitandum incitari, atq; cum D. Bernardo exclaimandum, *Fugite de Babylone & saluate animas vestras.* Et eum, monasterium ingrediendo, omnibus ijs applausisse, eorumq; propositum commendasse qui sæculo relicto monasticam vitam profitentur; diuitias deniq; abijciendo, eos taci e coarguisse, qui erga easdem perditæ nimis afficiuntur.

Menander quidam Poeta dicere solēbat, satius Menander esse pauperē in terra viuere, quam diuitē mari sedere. At Martin⁹ re ipsa hodie, religionē ingrediendo, ostendit, multo satius & securi⁹ esse, in monasterio pauperem, ac solitarium in eremo

procul ab hominum conspectu degere, quam diuitem & opulentū in vasto mundi huius mari nauigare. Quod fecisse mihi videtur sanctus ille Rex ac Propheta Dauid, qui licet ad regiam dignitatem euectus esset, opes tamen ac regnum paupertati postponebat dicens, *Elegi abiectus esse in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Addamus & aliquid ex historijs gentilium.

Psal. 83.
Alexand.
Apophth.
Valer.

Max. lib. 4.
cap. 3.

Alexander Macedonum Rex cum vitam & admirationem Diogenis Cynici, (qui quidquam in mundo erat, contemnebat, & ut plurimum in delio commorabatur) intuitus esset, & ab eo quaesisset, nū quidnam ab eo peteret; & ille respondit, aliud nihil se petere, quam ne sibi apri canis offunderet, ac non nihil retrocederet, qui nimirum corpore suo umbram quamdam induceret: Rex tam heroicum viri responsum demiratus ait, se, nisi Alexander esset, Diogenem esse velle. Ad huius imitationem dico mundanos, si delicias & voluptates quæ in monasterijs reperiuntur perspectas haberent, ac scirent quanta Religiosorum sit felicitas ac beatitudo, qui nimirum in corporeo hoc vite voluntatis, aliud nihil à mundo efflagitant, quam ne solis iustitiæ lumen impediatur; felicitati eorum inuidentes, ad eandem quietem aspiraturos esse.

Moses cum ad sublimes honorum gradus in aula Regis Pharaonis promoueri potuisset, supra omnes Ægypti principes constitui, maluit infertum secedere, mare rubrum transire, cum populo Dei varijs tribulationib. & ærumnis inuoluam quam regio se prognatum sanguine, aut Pharaonis nepotē mentiri. Vnde Apostolus ad Hebræos ait, *Moses grandis factus negauit se esse filium filie Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporaria peccati habere iucunditatem, maiores diuitias estimare*

Hebr. II.

thesauro Aegyptiorum improperium Christi. fuit hoc Auditores velut figura & typus, quo docemur, multo esse melius ac laudabilius, in monasteriorum se recessu abdere, votis se monasticis obstringere, paupertatem profiteri, rigori & poenitentia inter Dei seruos quotidie assuescere, quam ad summum honorum fastigium in mundo promoueri, in eiusq; regno summum imperium adipisci.

Apostolorum Princeps Petrus in monte Thabor constitutus, (q locus erat desertus & incultus) tanto repete gaudio perfusus fuit, vt omniu q in mudo vel habebat vel vnquam viderat oblit⁹, exclamarit, *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula.* Mons hic, nisi iudicans fallar, Religionis imaginem gerebat, in qua animae transfigurantur: quam cum semel ascenderint, miru dictu quibus consolationibus, ac voluptatib. perfundantur, quas d licias & iucunditates experiantur. adeo vt pra gaudij abundantia, oblitae quidd est mudi, exclamare compellantur. *Bonū est nos hic esse*, ac diserte confiteri, illic habitantiū sorte esse & felicissimam & inuidendam. Amplū eiusce rei Martinus hodie testimoniū dabit, qui iucundissimam hanc quietem & dulcem spiritus tranquillitatem bellicis tumultibus, regum gratia, Imperatorisq; fauori anteponebat.

Ita porro fit o Religiosi, vt semper in tuto viuatis, procul a procellis & turbinib. saeculi: & semper extra discrimina constituti, nec aduersis casib. expositi: vt vos, pereuntib. qui mundum frequentant, saluimini. Superbi n. Amani laqueo vitam finiunt, vos vero humiles Mardochei discrimine liberamini, & Regi ac Principi vestro per familiares reddimini: diuites illi Epulones, qui bysso ac purpura vestiuntur, qui splendide ac regifice epulantur, ad infernale barathrum demerguntur, & vos pauperes

Matth. 17.

Esth. 7.

Luc. 16.

res Lazari recta ad cœlum tenditis, Angelorum manibus subuecti.

Zer. 39. 40. Nabuzardam Princeps militiæ regis Nabuchodonosor (qui Ierem. in libertatē assertum in Iudæa abire permisit) in Ierosolymorum excidio, omnes principes & magnates vinculis & ferro grauatis captiuos in Chaldæâ abduxit, sed vilem plebeculam ac fæces populi in Iudæa reliquit. Allegoria huius laruâ auferens, ipsumq; mysteriū propius, vti intuens, opinor hic denotari, in mundi excidio & euerfione splendoros & opulentos, ab humani generis hoste Satana, plurimum in infernalibus ergastula rapi, pauperes vero spiritu, quales haud dubie Religiosi sunt, (dicitur enim in Euangelio, *Beati pauperes spiritu, quorum ipsorum est regnum caelorum*) immunes & intactos relinqui, & quietos in cellulis permanere, atq; inde recta ad æternam beatitudinem proficisci. Quid dicam amplius?

4. Reg. 25. Dicam in omnium rerum creatione (quod notatu dignum est) ingentia & vasta animalia nulla à domino benedictionem videri consecuta: sed auiculas atq; omnia volatilia cœli eandem obtenuisse, per hæc solitarios, eremicolas, religiosos, per illa vero mundanos apparet designari, vnum tantum est reprobationis, diuitibus scilicet & magnatibus, alterum autem prædestinationis, Religiosis scilicet ac pauperibus.

Luc. 6. Hæc omnia animo cum volueres Martine, mundum relinquere, & in desertū te conferre cōpulsus es, vbi admirabilis ac plane diuinus effectus, sanctitateq; eximius. Nunquam n. tantum tibi tam celebre nomen parere potuit militaris gloria, quantum solitudo & antra pepererunt, cum Religionem ingressus eremum incoluisti.

Omnis Oriens, Ægyptus, Thebais, terra Memphis

phéos, omnia circumquaq; deserta, & intimæ in Oriente solitudines vitæ & sanctitatē vnus Martini, qui in Occidente fulgebat, admirabantur, & prædicabât: Pauli, Antonij, Mecharij, Euagrii, Hilariões, Serapiones, alijq; plurimi Anachoretæ: tum sanctitate admirabiles, tū miraculis celebres, Martinum velut oraculum suspiciebant. Testem huius rei habeo Sulpitium Seuerum, è quo priora hæc hausi quicq; ita narrationem suam concludit:

Ego quamdiu viuam & sapiam, Aegypti Monachos prædicabo, laudabo Anachoretas, mirabor Eremitas: Martinū semper excipiam, non ego illi quempiam audebo Monachorum, certe non Episcoporum quempiam comparare.

In vita S. Martini.

Et vere quidē meo iudicio. Quis enim vnquam plura edidit miracula in mundo, quā ille in deserto? Vestra mihi venia nonnulla hic commemorare liceat, ac breuiter & summarim eorum aliqua perstringere, vnde euidenter appareat, quam admirabilis vita eius exstiterit, quamq; præclara in solitudine opera præstiterit. Pluribus cæcis visum, surdis auditum reddidit, leprofos osculādo mundaui, paralyticis membrorū vsu restituit. O paradoxa! audite maiora, magisq; admirāda: diabolos fugauit, Angelorum sæpius visione fuit recreatus, futura prædixit, ac tres mortuos ad vitam reuocauit. An plura ipsi præstiterit Apostoli? an maiora ipse Sanctorum omnium dominus Christus? Exclamem igitur vere, *O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum!* sed mutemus iam cursum, & finis in alium ventum laxemus.

S. Martini miracula.

Vidimus iam heroica militis gesta, vidimus miracula, quæ edidit factus monachus, videre iam restat, qualem vitam duxerit factus Episcopus. Ecce cum Martinus noster latitare satageret, in petris durissimis mēbra ex sanguinā reclinaret, cauer-

nas in-

nas incolet, ac magna austeritate corpus attereret, extremaque inedia maceraret, cœlesti sine dubio monitu ad mundum redire compellitur, ac Turonens. Ecclesiæ summi inter omnes Galliarum nominis gubernacula capeffere. Renouatum in video, quod L. Cincinnato olim factum narrant historici: hic enim cum vitæ priuatæ desiderio vrbem subduxisset, & honoribus abdicatis ruri in otio tamageret, nihil minus opinatus ab aratro & arua ad dictaturam euocatur, quietem alioquin turbis anteferens. Simile quid in Martino nostro videre videor, cum enim procul à mundi tumultibus secretus, firmiter secum statuisset, quietam vitam ducere, & sæculi honores arbitratus esset, ut tunc coram subito ecce legati cœlitus, ut credendum est, missi, ad eum in cauernis latitantem venire, & insulam ei & pedum offerunt, atque Episcopatum electum denuntiant: qua dignitate vlla vix maior in Ecclesia inueniri potest. Exiit igitur è solitudine, & ad vrbes se recepit.

Cerui amissis cornibus in publicum se dare nolunt.

Cerui, ut naturalium rerum scriptores perhibent, in publicum se dare amissis cornibus non audent, sed speluncis abditi lucem fugiunt, ac delitescunt. at mox ut eadem denuo ex crescere sentiunt, per agros euagantur, & montes & plana peragrunt. Humilis hic Monachus cerua timidior cum longo temporis spatio, amoris diuini cornibus amissis, in mundo esset commoratus, in publico comparere non audebat, sed in speluncis locisque delictis latitans, honores & dignitates subterfugebat. At cum eadem recuperasset gratiaque cœlesti atque omni virtutum munimine sese armatum cerneret, in publicum prodit, lucem intuetur, vrbes ingreditur, & luculentum, sane Episcopatum in Ecclesia regendum suscipit.

Fertur

Fertur animalium Rex leo nunquam de nocte dormire in cauernis, sed in medijs viarum, quippe Leo semper in via qui naturali robori plurimum confidat, aut nullo prorsus animal reformidet. Hanc generositatē regia dormit. inter omnes religiosos ac Monachos etiam Martinus demonstrauit, suiq; animi vere heroici amplissimum dedit testimonium: nam instar leonis alicuius, deserta & dumosa derelinquens, dum alij in iisdem latitantes perseuerant, in latissimas mundi vias se coniecit, vrbes adiit, cum hominib. & agere & conuersari incepit, atq; onus Episcopale in humeros suscepit. Videte eum igitur hodie, vt Turonensibus præsit, vt mitram capite gestet.

Hodie igitur tempus illud aduenit, quo præclara illa lucerna, quæ tanto tempore in speluncis abdita delituerat, super Ecclesię candelabrum posita est, vt omnes circumquaq; provincias lumine suo irradiaret: prout in Euangelio dicitur. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum.*

Hodie scil. impletum dicere possumus, quod in Isaia legimus: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbrae mortis, lux orta est eis.* Turonensis enim populus qui ambulabat in tenebris ignorantia, vidit subito lucem magnam lucem, inquam virtutis, & scientia, lucem admirabilem. De Ioanne Domini præcurfore olim dictum est, *Erat lucerna ardens & lucens.* Sed multo æquius id ipsum de magno Martino dicendum est: fuit enim lucerna ardens caritate, & honestæ vitæ conuersatione lucens.

Hem quænam fax! ecquis sol inter omnes Episcopos! Non sectabatur aulas Regum, non, delectabatur canibus, non condebat opes, bona Ecclesiæ non dilapidabat, sed semper egens, semper inops vixit,

vixit, utque alios locupletes redderet, seipsum enaniuit, adeo ut senior factus ad tantam inopiam redactus sit (quamvis octoginta & sex annis vixerit, atque opulentum illum Turonensem Episcopatum triginta sex rexerit.) ut in cineribus, laudum caret, ei fuerit moriendum, atque in extrema paupertatis suae testimonium, in mortis confectus articulo dixerit. *Non decet Christianum bonum nisi in cinere mori.* Unde Bernardus, *Pauper vocatus Martinus, veste sordidus, crine incultus: facie despicenda quae in Episcopatu fere non mutavit.*

Ser. de S.
Martino.

Fama est Pontificem quendam Romanum (quidem Pium V. esse crediderim) in ultima aetate dicere solitum, pauper fui Episcopus, egens Cardinalis, & Mendicus Papa. at melius hoc & verius Martino nostro dici potuisset. Pauper enim quidam militiam sequeretur, ita ut obulum quod pauperes erogaret, non haberet, mediam chlamydem dare coactus, pauperior multo in statu nascitico, at pauperimus in amplissimo Episcopatu.

Bap. Fulgosi
lib. 4.

Non est porro necesse o Græci, Epaminondæ Thebanorum Ducis paupertatem tantopere videri, cuius in domo, licet rerum gestarum gloria inter plurimos duces celebris exstitisset, præter militarem lanceam nihil repertum fuit, ut de publico ei ærario funus adornari necesse fuerit, ad Lylandri inopiam adeo efferre. Hic enim cum Athenienses prælio superasset, & opimam prætertulisset, in tanta tamen inopia mortuus est, ut pecuniarum à morte reliquerit: adeo ut generi filias eius, quod nullam adirent hæreditatem, impudiasent, ni publico id decreto magistratus vetuisset.

Valerius li.

4. 4.

Definite admirari Romani Valerium Publicum

lam, qui regio Imperio propter nimiam Tarquinij superbiam finito, consulatus initium cum Iunio Bruto auspiciatus est, ac tres postea cōsulatus pop. Romano acceptissimos gessit: interim fastorum illud columen, patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente decessit, ideoque publica pecunia ductæ sunt.

Hic enim quid magis admirandum videbitis, contemplamini hic nouum Lysandrum, nouum Publicolam nouum Epaminondam, contempla-
mini inquam Ecclesiæ Principem Martinum, qui tamen tam opimum sacerdotium tanto tempo-
re possedisset, adeo pauper & inops ex hac vita de-
cessit, vt in cineribus eum exspirare necesse fuerit.

O paupertatem extremam! ô inopiam inauditâ!

Alciatus cum verum paupertatis emblemata cu-
peret exprimere, Biantem pinxit hoc addito elo-
gio, *Omnia mea mecum porto*, at qui perfectiorem &
absolutiorem eiusdem imaginem videre deside-
rat, Martinum nostrum intueatur.

Ipse namque vera paupertatis imago dici pote-
rit, qui nimirum pauper fuit miles, pauper mona-
chus, pauper quin etiam Episcopus. pauper qui-
dem facultatibus, at virtutibus opulentus, ac præ-
sertim feruente animarum iuuandarum deside-
rio. Ecclesiæ commodorum promouendorum
studio, & huiusmodi rerum arduarum ad Dei
gloriam perpetratiōe. Quod ad oculum iam de-
monstrabo.

Dum enim æger ad mortem, ac lecto defi-
xus decumberet, & hinc commissi sibi populi
salutem & commoda ob oculos poneret, illinc
vero oneris sibi crediti grauitatem in mentem re-
uocaret, zelo animarum prædominante atque
oculis in cœlum sublatis, Dominum orauit.
dicens,

Paupertatis Emble-
ma.

Zelus ani-
marum in
S. Marti-
no.

dicens: *Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem.* perinde ac si dixisset, si operam meam Ecclesie tuæ hæctenus impensam Domine, videtur adhuc necessariam iudicas, ac videat tibi gregem huc verbo & exemplo posse prodesse: non recusat de me ipso quod visum fuerit. parat mihi adhuc concludere, introitum denega, me me permittite equidem ad laborem me accingam molestias non subterfugiam, modo longior mea in populi mei salutem, atque in nominis gloriam redundet. O facies amoris, o ardens diem? vnum ecce quodammodo pedem in habet, & retrahit, vt Ecclesie suæ adhuc prodesse atque animabus succurrere queat.

Gen. 7.

Si quis tibi o Noe, postquam quadraginta dies & noctibus diluuij procellas sustinueras, & Armeniæ montibus, velut in portu tutissimis reres, si quis inquam tum dixisset, esse tibi adhuc in mari fluctuandum, ac nouum diluuium expectandum, quod obsecro egisses? an non fuisset eandem iterum fortunam experiri, & Marcus ac prius iisdem tempestatibus iactari? Eusebius Martinus octoginta licet annis per mundi breuia ac fyrtes nauigasset, tribulationum variis varie quotidie iactatus, & grauissimarum afflictionum ventis agitatus, ac salutis portum esset intraturus, graue tamen non duxit, in hoc oceano diutius fluctuare, vitæq; huius migrationem longius adhuc producere: sed vtroque roica quadam constantia exclamat, *Domine huc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.*

Psal. 119.

Dauid licet ad regiam dignitatem & sceptrum Iuda euectus esset, lauteq; ac splendide viueret, gerrime tamen ferebat hanc sibi vitam produci adeo vt sapius de die ingeminaret, *Heu mihi quod*

incolatus meus prolongatus est. Noster autem Præsul è deserto profectus, pœnitentiæ assuetus, in austeritatib. educatus, solo sacco indutus, ieiunijs corpus macerans, ac vitam ærumnis afflictionibusq̃ plenissimam ducens, libenter eam sibi vult prolongari, vltro quin etiam sese offert, vt eadem differatur, & cœlesti gaudio ad tempus carere desiderat, ne suâ commissus grex opem à morte desideraret.

Rom. 7.

Apostolus Paulus, cuius tantus erat zelus, vt sæpe de se diceret, nullum tormentum aut suppliciũ posse reperiri, quod eum à diuino posset amore auertere, nec ipsam quin etiam mortem, quæ tamẽ plurimos de statu mentis deturbat ac percellit, adeo tamen vitæ huius tædio afficiebatur, vt ærumnis ac difficultatibus oppressus, sæpius inclamaret.

Iob. 10.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius: Eodem modo & Iob persecutionibus circumuallatus, mortem exoptauit, adeo vt ipsa ei vita mors quædam esset, & non quæreret, nisi eandem quam breuissime finire, dicens: *Tædet animam meam vita mea.* Quid? duo illi viri sanctitate noti, quibusdam grauaminibus oppressi, ita hanc vitam perosi sunt, vt eos viuere tædeat, & Martinus, quamuis plurimas in vita sua molestias subierit, ac labores propemodum infinitos non defatigatur, nec graue putat, eandem adhuc proferri, sed hilariter ingeminat: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.*

Bernardus non minus etiam admirabilis, tum propter libros doctrinã ac pietatẽ singularem spirantes, tum etiã propter vitã sanctissime transactã apud omnes celebris, hanc Martini constantiã demiratus, ad Angelos orationem conuertit: *O Angeli magna est vestra obedientia, sed pace vestra dixerim, nescio, an inueniatur in vobis quisquam paratus, in tale ministerio*

K

niste-

nisterium mitti, in quo necesse habeat, non videre factum patris? vnitamen Martino in hoc concedatis, necesse est.

Magna profecto fuit cōstantia, & heroici cuiusdam animi indicium, cum Princeps Apostolorum Petrus omnib. rebus in mundo derelictis Dominum diceret: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus*. sed cum in monte Thabor Christi transfigurationi interesset, vnica tantum cœlestis gloriæ gustu degustata, mundum pertaxus, ad eundem reuertens recusat, & ait: *Bonum est nos hic esse*, quasi diceret: *Mori mallem Domine! quam vel pedem hinc mouere, atq; omnia potius derelinquere, quam ingenti hac voluptate etiam vel paululum priuari, quam ad mundum denuo reuerti.* Non sic Martinus, non sic, sed cum iam in foribus eius quodam modum gloriæ esset, ad mundum redire non recusat, turbulenti maris procellas iterum vult experiri, ac de nouo se aufragio exponere.

Magnus ille Ionas, quem Hebræi ex traditione viduæ Sareptanæ filium ab Elia ad vitam reuocatum esse docent, cum maris tempestatem ac ventorum turbines expertus esset, maluit hinc mori discedere, quam eandem rursus fortunâ & insidiam maris truculentiam denuo subire, ait enim: *Domine, tolle quaeso animam meam à me, quia melius est mihi mors, quam vita.* Quid ais Iona, quid conquereris? Alia, mihi credite, longe mens fuit Martini. Cum enim iam veluti in portu esset, iterum desiderat mare conscendere ventosq; & fluctus vitæ huius exsibilando, diutius in eadem agitari.

Elias, etiâ Propheta, cum atroces Iezabelis persecutiones, eiusq; rabiem declinans, in solitudine se contulisset, veritus ne eandem iterum fortunam subire cogeretur, sublatis ad Deum manib. rogabat.

Ion. 4.

bat, ne se diutius vitæ huius ærumnis confici pate-
retur, dicens: *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* 3. Reg. 9.

Quid metuis Elia? an impiæ mulieris rabies & fu-
ror ita te percellunt, vt mortem exoptes? an eius-
dem crudelitatis timor vitæ tibi, tædium ingerit?
Et ecce gregarius quamquam miles, quem tanto
tempore tamq; varijs insidijs, impia illa Iezabel, id
est, caro, & crudelis Achab, id est, mundus & cru-
delis tyrannus, id est, diabolus persecuti sunt, vi-
uere non detrectat, sed mortem sibi differri postu-
lat, & iisdem quin etiam insultare præsumit.

Generosus & validus miles ille dicendus est, qui **Simile**
postquam sæpe hostiū cuneos perfregit, plurimos
ictus excepit, fumū balistarū vidit, innumera vul-
nera accepit, cum iam receptui canitur, arma re-
sumere, hostem denuo adoriri, & prælium quoquo
modo redintegrare præ feruore desiderat. Ad eun-
dem modum validus quoq; Christi ille miles dici
potest, qui postquam tot pericula in mundi huius
conflictu pertulit, & tot cruenta certamina solus
sustinuit, cum iam classicum audit, esse sibi ex hac
vita discedendū, animo resumpto iterum in præ-
lium cupit descendere, certamina experiri, nouis
caput periculis obiectare. Dicit Auditoribus num si-
mile quid vos vel audisse vel vidisse memineritis?

Quamobrē Christiani hunc viri animū mecum
obstupescite, ingentem hunc zelū celebrate, & lu-
culentas hasce virtutes dignis mecū encomijs ex-
tollite: Videre inquā mirabiles vitæ ei⁹ metamor-
phoses: in primis nouam hanc militis conuersionē
videte deinde piā monachi conuersionē, deniq;
virtutes Episcopales dispicite. Videte namq; eum,
vt militē, vt monachū, vt Episcopū, & iudicabitis,
nullum vnquā ei parē in trib. hisce vitæ generibus
extitisse. Quare ad omnes eius laudes, honores,
K 2 & præ-

& præconia hoc velut summarium quoddam adiungatur, in quo nimirum concionem inchoamus, & in quo eandem concludemus, *O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum!*

Virum inquam, cuius virtutes & merita nulli etiam eloquentissimus oratione consequi queat. Sanctum quoque præcipuis sanctorum annumerandum, quem nulli in hac vita labores frangere, nec ipsa mors vnquam potuit percellere. O gloria Martine, pauperum tutor, militum speculum, religiosorum pater, Episcoporum sydus, nostri sacro iam recordare, nostri patrocinium suscipere, nostras apud æternum Iudicem partes agere, pro ijs in cælo intercede, qui omnimodis hinc vitam tuam imitari conantur. Sancte inquam, in te laudibus dignissime, qui paupertatem tam sancte coluisti, pro ijs ora, qui eandem tuo potissimum exemplo sectantur, qui arma aliquando gestando Romanas aquilas secutus es, nobis obsecro succurre, qui eandem fortunam sub regio Iesu Christi vexillo experimur, arma nunquam non gestando, quiq; ab inimicis vndiq; cingimur, cum hæc vera mera quædam militia sit, qui tam celebris tantum nominis Episcopus exististi, pro Episcopis etiam omnibus orare non graueris. Denique tu qui Gallie nostre decus es, atque ornamentum, pro Gallia reuersa, pro cuncto fidelium cœtu, pro vniuerso mundo terrarum orbis hominibus intercede, vnde mirum precum tuarum auxilio, vitæ & memoriarum tuorum imitatione accedente, tandem quando ad æternæ felicitatis fruitionem, &

ius ipse iam es compos, peruenire valeamus, quod concedere dignentur

Pater & Filius, ac Spiritus

S. Amen.